tui data pecunia, quanti eam æstimaverit, transferre. PP. 2. Id. Septemb. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De his, quæ communia manent, vel alienata sunt. 6. *De rebus quæ commode dividi non possunt.*

3. Idem A. Verecundiano.

AD officium arbitri, qui inter te & fratrem tuum [pro] dividendis bonis datus fuerit, ea sola pertinent, quæ manent [1] communia tibi & illi. Nam ea, quorum partem is vendidit, cum [2] emptoribus tibi communia sunt, & adversus singulos [3] arbitrum petere debes, si ab illorum quoque societate discedi placeat. † Cum [4] autem regionibus [5] dividi [commode] aliquis ager inter socios non potest, vel ex pluribus singuli: æstimatione [6] justa facta, unicuique sociorum adjudicantur, compensatione pretii invicem facta, eoque cui res majoris pretii obvenit cæteris condemnato: ad licitationem nonnunquam etiam [7] extraneo [8] emptore admisso, maxime si se non sufficere ad justa pretia alter ex sociis sua pecunia vincere vilius [9] licitantem profiteatur. PP. 5. Non. Maji, JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

De divisione facta inter fratres.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Herodæ.

SI major quinque & viginti annis foror tua tecum res communes divisit: quamvis non [10] instrumentis [11], sed aliis probationibus earum direptam [12] communionem esse probetur, stari tamen finitis convenit. Quod si minor fuit, nec [13] tempus in integrum restitutioni præfinitum adhuc excessit, an in integrum propter divisionem [14] restitui debeat, causa cognita [15] Præses [16] provinciæ æstimabit. † Idem eorum etiam, quæ vobis permanent [17] communia, fieri divisionem providebit: tam sumptuum [18], (si quis de vobis in res communes fecit) quam fructuum. Item doli [19], & culpæ (cum in communi dividundo judicio hæc omnia venire non ambigatur) rationem, ut in omnibus æquabilitas [20] servetur, habiturus. Dat. 8. Febr. CC. CONSS. 294.

De nolente in communione manere.

5. Iidem AA. & CC. Secundino Militi.

IN communione vel societate nemo compellitur invitus [21] detineri [22]: quapropter aditus præses provinciæ, ea quæ communia tibi cum sorore perspexerit, dividi providebit. Dat. 8. Kal. Septemb. CC. CONSS. 294.

TIT. XXXVIII.

COMMUNIA UTRIUSQUE JUDICII TAM FAMILIÆ ERCISCUNDÆ, QUAM COMMUNI DIVIDUNDO.

Collatio divisionis & emptionis.

1. Imp. ANTONINUS A. Marco.

DIvisionem prædiorum, vicem [23] emptionis obtinere placuit. PP. 6. Kal. Decemb. GENTIANO & BASSO CONSS. 212.

Si litigantes divisionem a non competenti judice factam probaverint.

2. Imp. ALEXANDER A. Euphratæ.

ETiamsi is divisioni arbitrum dedit, cui dandi jus non fuit; tamen [24] si socii quondam divisioni consensum dederint; quod quisque eorum secundum placita possidet, pro parte socii dominium nactus est. PP. 16. Kal. Dec. ALEXAND. A. III. & DIONE CONSS. 230.

De divisione per fraudem, vel dolum, vel perperam facta.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Aureliæ Septimiæ [25].

MAjoribus [26] etiam, per fraudem vel dolum vel perperam [27] sine [28] judicio factis divisionibus, solet subveniri [29]: quia in [30] bonæ fidei judiciis [31], quod inæqualiter [32] factum esse constiterit, in melius reformabitur. PP. 16. Kal. Jul. ipsis AA. [& CONSTANT. III.] CONSS. 293.

De re empta ex pecunia communi.

4. Iidem AA. & CC. ad Maximianum.

SI patruus tuus ex [33] communibus [34] bonis res comparavit, sibi [35] negotium gerens [36], non [37] omnium bonorum socius constitutus, pro competentium portionum modo indemnitati tuæ consuli oportet: & ideo rem emptam communicare [38] eum contra juris formam postulas. PP. 16. Kal. Nov. ipsis IV. & III. AA. CONSS. 290.

De instrumentis communibus.

5. Iidem AA. & CC. Frontino & Gafirioni.

DE instrumentis quæ communia fratrem vestrum tenere proponitis, Rector provinciæ aditus, apud [39] quem hæc collocari debeant, existimabit. PP. 6. Idibus Febr. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De conditione jurisjurandi.

6. Iidem AA. & CC. Thesidianæ, & aliis.

SI cum patruo vestro hac conditione divisionem fecistis, ut *se nullum dolum malum adhibuisse* juraret [40], nec fidem placitis exhibuit: quominus res indivisas requiratis, eorum placitum, quæ in divisionem venerunt, nihil vobis nocere potest. Dat. 5. Kal. April. *Sirmii*, CC. CONSS. 294.

De evictione.

7. Iidem AA. & CC. Severiano & Flaviano.

SI fratres vestri pro indiviso commune prædium citra [41] vestram voluntatem obligaverunt; & hoc ad vos secundum pactum divisionis, nulla pignoris facta mentione, pervenit: evictis partibus, quæ ante divisionem sociorum fuerunt, in quibus obligatio tantum constitit; ex stipulatu, si intercessit: alioquin, quanti interest, præscriptis verbis contra fratres agere potestis: nam si fundi, scientes obligationem, dominium suscepistis: tantum evictionis [42] promissionem solennitate verborum, vel [43] pacto promissam probantes, eos conveniendi facultatem habebitis. Dat. 2. Non. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

De possessione relicta, vel translata.

8. Iidem AA. & CC. Nicomacho & aliis.

SI inter vos majores annis viginti quinque rerum communium divisio, relicta [44], vel translata possessione, finem accepit, instaurari mutuo bona fide terminata consensu minime possunt. Dat. Non. Decemb. CC. CONSS. 294.

Si corpora maneant communia, vel non.

9. Iidem AA. & CC. Demetriano.

FAmiliæ ercifcundæ, vel communi dividundo judicio ita [45] demum, si corpora maneant communia, agi potest. Dat. 6. Id. Dec. *Nicomediæ*, CC. CONSS. 294.

Si in testamento omnia esse divisa scriptum sit.

10. Iidem AA. & CC. Gallicano.

SCriptura testamenti [46], qua [47] specialiter omnia divisa continentur; quominus res, quarum [48] testator non fecit mentionem, heredes inquirere possint, nihil impedit. Sine die & consule.

De familiis non separandis.

11. Imp. CONSTANTINUS A. Cærulo Rationali trium provinciarum.

POssessionum [49] divisiones ita fieri oportet, ut integra apud successorem unumquemque servorum, vel colonorum adscriptitiæ conditionis, seu inquilinorum proximorum agnatio, vel adfinitas permaneat. Quis enim ferat liberos [50] a parentibus, a fratribus fratres, a viris conjuges segregari? [Igitur] si qui [sic sociata] in jus diversum mancipia [vel colonos] diffraxerint, in unum eadem redigere cogantur. Dat. 3. Kalend. Maji, PROCULO [51] & PAULINO CONSS. 334.

De dote, & donatione propter nuptias.

12. Imp. JUSTINIANUS A. ad Senatum.

ILlud æquitatis fovere rationibus, bene nobis apparuit: Si quis etenim pro filio suo ante nuptias donationem conscripserit, vel dederit, vel pro filia sua dotem, & hoc quod dedit, iterum ad eum revertatur,

1 Judex delegatus ad res communes dividendas, de rebus aliis, *ut hic*: & perfonis non cognoscit. adde *l.* 31. *in fin. ff. de usu & usufr. legat.* 2 *l.* 1. *l.* 2. *supr. h. t.* 3 Quot socii, tot libellis, opus est. 4 Vid. quæ scripti ad *l.* 1. *supr. h. t.* & huc refer quæ ex Græcis adscripsi. 5 *l.* 7. §. 10. *ff. de fundo dotali. fundum regund. l.* 3. *ff. de res. vind. l.* 6. *ff. commundiv. serv. l.* 13. §. 17. *ff. de act. empt. l.* 64. §. 4. *ff. de evict. l.* 31. *ff. de usu & usufr. leg. l.* 29. *ff. de adquir. rer. dom.* §. *ult. Inst. de offic. jud.* 6 Æstimationis præcipuo vicem rei fustinet, semque emptionis. 7 *l. fupr. h. t.* 8 Minus enim favendum extraneo, quam propinquo: facit *l.* 19. *in princ. ff. de teftam. tut.* 9 *l.* 22. §. 1. *l.* 55. *ff. famil. ercifcund.* 10 *l.* 21. *fupr. de pact.* 11 Hinc colligunt glossographi ex diuturna possessione præsumi divisionem factam; quæ & communis opinio. Rip. *ad c. fupr. n.* 2. *de reftitut. fpoliat.* Felin. *ad cap. ficut. extr. de fent. & re judic.* vide tamen Prætt. Papiens. *in for. libell. pro haered. vel ex fingul. dicend. in gloff. communiter. verf. fed pro declaratione practicorum.* 12 Jason. *ad l.* 1. §. *qui admitt.* Alexand. *conf.* 92. *vol.* 2. Decium *conf.* 79. rurius Jasonem *ad l. feiendum. n.* 18. *ff. de verb. obligat.* Innocent. *ad cap. cum ecclesia. de causa poffeff. & propr.* Mart. *fingul.* 192. 323. & 336. Mod. 13 Diremptam. Hal. quamvis non probat Cujac. 15. *obferv.* 35. 14 Reftitutio intra certa tantum tempora conceditur. vid. *fupr. de temp. in integr.* 14 Vid. *l. fupr. fi adverf. tranfact.* 15 *l.* 3. *fupr. de in integr. reft.* 16 In Galliis reftitutiones non a judicibus, fed a Principe conceduntur: de quo alias dixi. 17 *l.* 3. *fupr. h. t.* 18 In actione communi dividundo fumptuum & fructuum habetur ratio. *l.* 3. *l.* 11. *l.* 14. §. 1. *ff. h. t.* 19 *l.* 23. *ff. de reg. jur.* 20 Æquitas inter fratres fervanda. *l.* 17. *l. de collat. l.* 6. §. 2. *de bon. quæ liberis.* ut & in judiciis inter adorem & reum. *l.* 3 *ex perfona. l. fupr. fi adverf. tranfact.* inter maritum & uxorem. *l. non tantum.* 20. *ff. de rei judic.* 21 *l.* 1. *ff. famil. ercifc. l.* 26. §. 4. *ff. de cond. indeb. l.* 1. *l.* 3. *l.* 70. *ff. pro focio.* adde quæ notavi ad *l.* 69. *l.* 156. *ff. de reg. jur.* vid. Roland. a Valle *t. conf.* 80. & *conf.* 84. *num.* 1. vid. *Novell. Leon.* 102. 22 Extende ut extendit & amplist Hippol. *fing.* 9. & limita non procedere in feudis: Nam non potest unus fuius provocare ad divisionem, si fuus ultra decessit, nisi alis consentiant. Jason. *in l. si non fortem. §. si centum. ff. de condict. indeb.* Mod.

23 Divisio quasi emptio, *ut hic. l.* 20. §. 3. *ff. famil. ercisc.* 24 Arbitri illegitimi divisio ratihabitione confirmari potest. An idem in sententia & processu nullo? Warmiler. ita probat *t. pratt.* 12. *c.* 6. 25 *Al.* Severæ: *ad in fragmenta C. Theod.* 26 Lex hæc fumpta *ex lib.* 3. *C. Gregorian.* uti conftat ex veteris cujusdam consultationis fragmento, quæ una cum Cod. Theodosiano hodie impressa, exstat quoque in incertis legibus C. Gregor. plenior. *Goth.* Ex hac lege vult Everhard. *loco* 79. *n.* 78. *l.* 2. *C. de refcind. vend.* extendi ad omnes contractus. Externum novum hujus leg. intellectum vid. apud Joan. Dekher. *lib.* 2. *differt.* 2. *num.* 42. Anf. 27 Major etiam reftitutitur adversus inæqualem divisionem. vid. Papon. 2. *Notar.* 9. *cap. Der reftitutione contra privilèges, fol.* 664. 28 Non dabitur igitur reftitutio adversus divisionem in judicio fa-

cam. Cæterum, hæc verba *fine judicio*, non sunt in C. Gregoriano: ut a Triboniano censeamus addita, sed & *fine judicio*, idem videri, quod fine consilio. 29 Adi Joan. Plot. *ad l. fi quando. 3. unde vi. n.* 321. & *feq.* Baldum *hic.* Jason. *ad l.* 1. *ff. fi cert. petat. ad. n.* 399. Quidonem Pap. *quæft.* 289. Cottam *in memor. in verb. fortis.* Modern. Anco. *in tract. de mercat. in tit. de ipoft. 4. part. verf. quare igitur. n.* 8. Mod. 30 *l.* 3. *ex quibus cauffa major. t. 6. in fin. ff. de jure dot.* vid. Cujac. 13. *obf.* 24. 31 Ut eft locatio. *l.* 14. §. *de oper. & ventitio. l.* 2. §. *de refcind. venditt.* 32 Id eft, ultra dimidiam. Cur ita? divisio vicem emptionis fustinet. *l. fupr. h. t.* In emptione rescissio non datur, nisi de deceptione ultra dimidium justi pretii conftiterit. *l.* 2. *ff. de refcind. venditt.* hoc ita quoque fentit Accurtius, quod Gallice Curiis non probatur. Datur enim reftitutio deceptis, vel ad quodcumque pretii. Papon. *d. loco.* Imbert. *in Enchirid. in verbo, Deteifio.* & ita fervatur in Gallia. 33 Vid. J. *fi quis alteri vel fibi.* Melia. *de ufur. q.* 382. *n.* 228. 34 *l.* 3. *ff. fi quis alteri vel fibi.* 35 Id eft, ibi nomine, non communi: extra causam societatis & communionis. vid. Ferrar. *in forma libelli in caufa venditionis.* 37. *in verbo Venditâit.* 3. *in fin.* 36 Vide Andr. de Beffet *in repetit. ad l.* 1. *num.* 238. 37 *de latrocinali. eccleſ.* Decium *conſil.* 245. *num.* 3. *ad finem.* Joan. Baptift. Ferretum *conſil.* 166. Mod. 38 Socius omnium bonorum quod acquirit, communicare cogitur. vid. quæ notavi ad *l.* 81. *ff. pro ſocio.* 38 Imo communicat. *l.* 72. *ff. pro ſocio.* 39 Apud quem inftrumenta effe oportet, vid. quæ ſcripſi *ad l.* 5. *ff. famil. erciſc.* 40 Perjurus & fraudator divisione, quantumvis juramento confirmata, non juvantur. Idcoque ad res nondum cum ea divisas, agi potest. 41 Vid. *l. un. infr. fi commun. res pign. l.* 3. *in fin. ff. qui potior.* 42 *l.* 27. *ff. de evict.* 43 Pacta non fiunt solennibus verbis. 44 Vid. *l.* 15. §. *famil. erciſc. l.* 45. *ff. de pact.* 45 Ubi non eſt communio, ibi nec cadit divisio. *in fin. l.* 1. *ff. comm. divid.* 46 Scriptura testamenti non probat adversus tertium. vid. quæ notavi *ad l.* 1. *fupr. fam. erciſc. ad l.* 1. *infr. arbitr. tut.* Nihil officit veritati, quod defunctus modum patrimonii sui declaravit. vid. *Nov.* 48. *de ea, quæ mariti juravit quartam habere in bonis.* 47 Id eſt, quæ continet omnia divisa esse: hoc sensu, scriptura testamenti, quæ continet, quod omnia divisa sint, nihil impedit quominus non divisarum in testamento rerum divisio fiat. *Synopſ. Baſil.* 11. *tit.* 1. *ex lib.* 12. *tit.* 3. *cap.* 10. 48 Id eſt, quas non divisit unus ex sociis, communia judex æstimare debet. *Synopſ. Baſil.* 12. *tit.* 3. *cap.* 5. 49 *l. un. C. Theod. comm. divid.* 50 Vid. quæ notavi *ad l.* 41. §. 1. §. 2. *ff. de legat.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *ff. de pignor. & hypoth.* Matrem & fratres in amore pares esse hinc nonnihil colligere possent: fed ordo litteræ demonstrat, matrem in amore primum esse: deproinde pupillos apud matrem fuam potius quam apud eorum fratres adultos alendos esse hinc colligit Menochius *l.* 2. *de arbitrariis, caſu* 168. *num.* 8. 51 Publio Optato.

vel

vel stipulatione [1], vel lege [2] hoc faciente: vel [& fi] alio dotem, vel ante nuptias donationem dante, stipulationis paternæ tenor [3], vel forte legis hoc induxerit: ille autem testamento conditio, vel filios suos, vel extraneos scripserit heredes, & nihil de hujusmodi rebus, quæ ad eum reverſæ sunt, vel pervenerunt, dispoſuerit, inveniantur autem alii liberi ejus res a paterna subſtantia lucrati, vel per ante nuptias donationem, vel dotes, vel militiæ causa, quas (utpote testamento [4] exsitente) non coguntur conferre: tunc filius vel filia easdem res, quæ ad patrem reverſæ sunt, vel pervenerunt, habeant præcipuas, ad ſimile tamen lucrum computandas, ut in præſenti caſu tantum [5] habeat ipſe vel ipſa, quantum ejus fratres a patre sunt conſecuti, ſecundum eos modos, quos ſupra diximus, & quos conferre propter teſtamentum non coarctantur. Sin autem nihil tale penitus in fratres eorum a patre collatum eſt, neque ipſos ſibi præcipue hanc partem vindicare, ſed quaſi paternæ facta subſtantiæ [6] ſit, inter omnes ſecundum inſtitutionis tenorem dividi: Et hæc quidem, ſi inter fratres patris elogium compoſitum ſit. [7] Sin autem extranei [7] ſint ſcripti heredes, & nihil in teſtamento ſuo, neque in hac parte teſtator dixerit: tunc omnimodo præcipuum habeat filius vel filia, quod ad patrem revertitur, vel pervenit. Si tamen, minus in fratres collatum eſt, amplius autem ex hujusmodi cauſa ad patrem pervenit: illo, quod ad ſimilem [8] quantitatem concurrit, excepto, cætera quaſi paternæ subſtantiæ facta ſecundum modum inſtitutionum dividantur. Illo procul dubio obſervando, quod ſi minus ſit id, quod pater ex hujusmodi cauſa habuit, ea quantitate, quæ in fratres collata eſt, tota [9] hujusmodi portio ad eas perſonas perveniat, quarum occaſione res ad patrem revertitur. Ea igitur, quæ in paterna perſona diximus, obtinere volumus etiam in avo, & proavo paterno vel materno, & in matre & in avia, & proavia paterna vel materna. Dat. 11. Kal. Aug. *Conſtantinop.* LAMPAD. & ORESTE VV. CC. CONSS. 530.

TIT. XXXIX.

FINIUM [10] REGUNDORUM [11].

De venditione.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Nicephoro.

REgionem certam fundi [12], propriis finibus ejus mutatis [13], dominus ejus diſtrahere ac reſiduum retinere non prohibetur. Nec amplius emptor, quam quod ratione [14] ſecundum venditionis fidem ad ſe pervenit, vindicare poteſt prætextu terminorum temporis antecedentis [15] venditionem. Dat. Id. Decemb. *Nicomediæ*, AA. CONSS. 293.

De ſucceſſionum varietate, & vicinorum novo conſenſu.

2. Iidem AA. & CC. Tatiano.

SUccessionum [16] varietas, & vicinorum novi [17] consensus, additis vel detractis agris alterutro, determinationis veteris monumenta saepe [18] permutant. Dat. 9. Kal. Jan. *Nicomediæ*, AA. CONSS. 293.

De proprietate & poſſeſſione. De agrimenſore adhibendo.

3. Imp. CONSTANTIN. A. ad Tertullianum [19] V. P. Comitem diœceſeos Aſianæ.

SI [20] quis ſuper ſui juris locis prior [de finibus] detulerit querimoniam, quæ proprietatis [21] controverſiæ cohæret: prius [22] poſſeſſionis [23] quæſtio finiatur, & tunc [24] agrimenſor ire præcipiatur ad locos [25]; ut patefacta veritate hujusmodi litigium terminetur. Quod ſi altera pars, ne hujusmodi quæſtio terminetur, ſe ſubtraxerit, nihilominus agrimenſor [26] in ipſis locis juſſione Rectoris provinciæ una cum obſervante [27] parte hoc ipſum faciens [28] perveniet.

1 Id evenit, quoties pater filiam emancipatam elocat. 2 Id accidit, quando filia eſt in poteſtate, qua de re dicam plenius ad *l.* 4. §. *ſolutomatrimo.* 3 Vid. *l.* 34. *ff. de reg. jur.* 4 Hoc hodie mutatum *Nov.* 18. *c.* 6. 5 Partem dotis a te acceptæ, & ad patrem reverſæ nobiscum divide. *Actio*: An ea petitione adſtinente, aut vehemus vi eſſim dotes aut donationes propter nuptias conferre. *Exceptio*: Parens nobis eas præcipuas teſtamento dedit. vel ſic, Nulla nobis neque dos data, neque donatio propter nuptias a patre facta. *Replicatio*: Quid hic ſtatui oportet? Dos, de qua hic agitur, hiſce caſibus inter liberos æqualiter dividenda. *verſ. Sin autem. in. divide. J. ob. t.* Quia ſi caſus ſuperiores deficiunt? Vidua dotem percipiet, *ut hic.* Quid ſi major vel forte minor ſit fratrum cohæredum dote, vel donatione propter nuptias? ſi minor, ferat id patienter. *verſ. Illo præcidendo. ibi, quod ſi minus. J. h. t.* Si major, quanta dos eſt, aut donatio propter nuptias cohæredum, tantam quantitatem ex ipſa dote, de qua hic agitur, percipiat. Superſtitum vero æqualiter inter eam ejusque cohæreses dividetur, pro modo inſtitutionum. *verſ. Si tamen minus. ibi, Amplius autem &c. J. h. t.* 6 Dos profectitia ad patrem reverſa paternæ ſit ſubſtantiæ (hic idem in dote profectitia reverentiæ ad matrem, ad avum, proavum paternum vel maternum. *in fin. J. h. t.*) ideoque dos hujusmodi, vel ab inteſtato, vel teſtamento acquirenti liberis inſtituta, inter eos dividitur. 7 Extraneos heres inſtitutus, agere volens judicio familiæ erciſcundæ adversus filium & reliquos cohæredem, dotem ad defunctum revertam dividi petit: eſſe audiendus? non eſt, cum ea ſit filiæ defuncti. 8 Ei ſcil. quam habent reliqui cohæredes. 9 Puto legendum, *ſola*: idque hypotheſis a me ſuperius allata evidenter innuit.

10 § 20. *Inſt. de act.* 8. 6. *Inſt. de off. jud.* 11. *L. IO. D.* 1. 2. *C. Th.* 26. Paul. 1. *ſent.* 16. adde 8. *Eclog.* 9 1. Harmen 3. *περὶ ὁρων.* Oldend. *cloſſ.* 4. *act.* 14. 11 Dicitur etiam vice ercifcundæ ab Apulejo. 12 Fundi propriι. Cujac. 13. *obſ.* 33. 13 Arbitrio venditoris & poſſeſſoris fines poſſunt permutari. *l.* 2. *J. h. t. l.* 11. *ff. h. t.* 8. *Eclog.* 9. *c.* 1. *in fin. ff. de leg.* 1. *l.* 86. §. 1. *in fin. ff. de leg.* 2. facit *l. uli. in fin. ff. de temporib. & reparat. l.* 33. *ff. de pact. l.* 23. 27. *ff. de regulis.* 14 Traditur. Cujac. *tract. arg. l.* 3. §. 2. *ff. de act. empt.* 15 Statur antiquis terminis, niſi noſcitur probantur: probantur autem, ſi alii in vendit one deſignati fuerint. 16 *l.* 1. *ff. h. t.* Harm. *d. loco.* 17 Novus conſenſus novos fines poteſt inducere. *l.* 12. *in fin. ff. h. t.* 18 Mutatio finium, ſeu terminorum non præjudicat. vide Alciat. 2. *præſumpt.* 3 Menoch. 6. *præſumpt.* 43. & *l.* 11. *in fin. ff. finium regund.* 19 Hæc integra conſtitutio Julii Frontini libris de limitibus agrorum reperitur inſerta: hic tamen nonnihil a Justiniano interpolata eſt. 20 Si quis ſuper invaſis fui juris locis &c. *l. t. C. Theod.* 21 Vid. Goth. Explic. novem hujus legis vid. apud Joan. Zanger. *de except. cap.* 1. num 30. Anſ. 21 In cauſa finali de proprietate contenditur. Apul. 6. *Metam. l.* 1. *J. de appell.* 22 Nunquam de proprietate quæſtio eſt, aut finibus, quin etiam de poſſeſſione queritur. *l.* 13. *ff. de rei vind.* Cauſa finium vindicationi cohæret. Cujac. *notat* 5. *obſ.* 21. tres arbitros ſumi ſolitos in hac quæſtione ex legibus 12. tabularum. 23 Hoc innuit, de agrimenſorum diſciplinam non pertinere quæſtionem poſſeſſionis, ſed finium. vide Cujac. 10. *obſ.* 2. Plaut. *prolog. Aſinaſ.* Eius nunc regiones, limites, confinia decerminabo. Si rei ego ſum factus finitor. Aſtronomi & muſici diſcuntur ad ſcientiam ſolam. Agrimenſorum vero & finium his ora committitur, ut contentionum proinde arbitrium adſciatur. Judex eſt artis ſuæ: Forum ipſius, ager teſteri ſunt. More vatinii ſtuminis, aliis ſpatium tollit, aliis rura concedit. Caſſiod. 3. *Variar.* 52. 24 *l.* 8. *in fin. D. h. t.* Cujac. 19. *obſ.* 16. 25 Solus, una parte lætante. *μονοπόλος. l.* 13. §. 3. *ff. de judic.* 26 Pars obſervans hic, eſt pars præſens ſeu ſi ligitator qui præſens eſt, cujus adverſarius eſt abſens. 27 Plenior exſtat *in d. l.* 1. *C. Theod. h. t.* 28 *l.* 1. *C. Th. h. t.* vide *l.* 7. *l.* 8. *ff. de pignor. & hypoth.* Matrem & fratres in amore pares eſſe hinc nonnihil colligere poſſent: fed ordo litteræ demonſtrat, matrem in amore primum eſſe: proinde pupillos apud matrem ſuam potius quam apud eorum fratres adultos alendos eſſe hinc colligit Menochius *l.* 2. *de arbitrariis, caſu* 168. *num.* 8. 29 *l.* 12. §. *De his quæ met. cauſ.* Anſ. 30 *l.* 8. *D. h. t.*

31 Tantum ſpatii. *Interpres d. l.* 1. §. 8. *Eclog.* 9. *c.* 4. 8. 6. Harmenop. *c.* 7. *περὶ των ὁρων μετατιθένων.* 32 His interpolata lex *C. Theod. h. t.* Quonam eſſet hæc quinque

De arboribus furtim cæsis, & de ignorantia, & prohibitione domini.

2. Imp. GORD. A. Quintiliano & aliis.

SI servi vestri, nescientibus vobis, vel etiam prohibentibus, furtim arbores cæciderunt, quibus etiam propria pœna juxta legem saltui datam [1] fuerat præstituta: fruſtra veremini, ne ex persona eorum ultra [2] noxæ deditionem sitis obstricti: cum ex delictis servorum domini ignorantes vel prohibentes, si noxali actione conveniantur, ita condemnari debeant, ut aut noxæ dedere, aut condemnationem [3] sufferre habeant in sua potestate. PP. 3. Non. Junii, GORDIANO & AVIOLA CONSS. 240.

De plagio.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Eutychio.

SIve servum plagii paras accusare solenniter, Præsidem provinciæ adire non prohiberis: sive dominum ejus sollicitari servi noxali judicio, sive furti malueris convenire, suam tibi notionem Præses [provinciæ] commodabit: non ignorans, quod si dominum elegeris, & [4] eo non consentiente, quod intendis, commissum probaveris, vel noxæ dedendæ, vel damni farciendi, ac pœnæ præstandæ habeat facultatem. PP. 5. Non. Octob. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De rapina. De scientia, vel ignorantia domini. De judicio publico.

4. Iidem AA. & CC. Sofio.

SI servus ignorante domino, vel sciente & prohibere nequeunte [5], res tuas vi rapuerit, dominum ejus apud Præsidem provinciæ, si necdum utilis annus excesserit, quadrupli: quod si hoc effluxit tempus, simplici [6] noxali judicio convenire potes: Qui, si noxæ maluerit servum dedere: nihilominus cum ipso, quantum ad eum pervenit, experiri non prohiberis. † Nam si eo consciо, & prohibere valente: detracta noxæ deditione conventus, ad [7] summam condemnationis solvendam omnino compellendus est. † Sane, si criminis publici [8] accusationem propter uxorem tuam a servo raptam, intendendam putaveris: non [9] contra dominum, sed contra eum servum, quem facinus commisisse proponis, hanc instituere debes. PP. 18. Kal. Septemb. *Sirmii*, AA. CONSS. 293.

De furto, & ope consilioque domini.

5. Iidem AA. & CC. Menophilo.

SI tibi per furtum nec manifestum ancillam fervæ ope [10] consilioque domini cum aliis rebus subtraxerit, cum inter servum & liberum civile judicium consistere non possit, eum ob hoc delictum dupli pœnali actione, & de rebus propriis vindicatione, vel [11] condictione convenire potes. S. 5. Kal. April. CC. CONSS. 294.

TIT. XLII.
AD EXHIBENDUM [12].

De vindicaturo ancillam.

1. Imp. ALEXANDER A. Crescenti militi.

SI dominium [13] ancillæ, de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec jure a patre tuo venundata est, ejusque proprietatem tibi vindicare paratus es: Præses provinciæ exhiberi eam jubebit, ut apud judicem [14] de rei veritate quæratur. PP. Kal. Maji, ALEXANDRO A. CONS. 227.

De servo reo criminis.

2. Idem A. Syro.

SI criminis [15] alicujus reus servus postulatur, per ad exhibendum actionem produci a domino, non celari debet. PP. 11. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. CONS. 227.

De exceptione rei judicatæ.

3. Idem A. Felicissimæ.

NEque ad exhibendum actio, neque proprietatis vindicatio, si nunc competit, propterea perempta est, quod [16] aliquando adversus te ad exhibendum actione aliter pronunciatum est: quia commutatione litis alia res esse incipit. PP. Kal. Septemb. MAXIMO II. & ÆLIANO [17] CONSS. 224.

De instrumentis, & de in litem jurando.

4. Idem A. Flacillæ.

NOn ignorabit judex, si instrumenta [18] tui juris [19], quæ penes diversam partem fuisse probaveris, ab eisdem non exhibeantur, jurisjurandi [20] in litem facultatem deferri tibi oportere. PP. 3. Kal. Mart. AGRICOLA & CLEMENTINO CONSS. 231.

De possessore, & eo qui dolo desiit possidere.

5. Imp. GORD. A. Sabiniano militi.

AD exhibendum actione non [21] tantum eum, qui possidet, sed etiam eum teneri, qui [22] dolo fecit, quominus exhiberet, merito tibi a non contemnendæ auctoritatis Jurisconsulto Modestino [23] responsum est. PP. 2. Id. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De instrumentis.

6. Imp. PHILIPPUS [24] A. Palemonidi.

INstrumenta [25] ad jus tuum pertinentia, partem diversam invasisse adseverans, si quidem crimen [26] intendis, solennibus accusationibus [27] impletis, fidem adseverationi tuæ facito: sin vero ad exhibendum intendis, judiciorum more experire. PP. 2. Id. Mart. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

De culpa, & dolo, & re deteriorata.

7. Imp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Vitalianis.

EXhibitionis necessitate tenetur, qui facultatem habens, culpam vel dolum [28], in explendo præcepto committit: ita ut si rem deteriorem [29] exhibuit, æquitas [30] exhibitionis perficiat, ut quamvis ad exhibendum agi non possit: in factum tamen actio contra eum detur. PP. 16. Kal. Junii, MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De commodato & deposito.

8. Iidem AA. & CC. Photino.

SI res tuas commodavit [31], aut depositi is, cujus in precibus meminisli, adversus tenentem ad exhibendum, vel vindicatione [32] uti potes. Quod si pactus [33] sit, ut tibi restituantur: si quidem ei, qui depositi, successisti jure hereditario, depositi actione uti non prohiberis: si vero nec civili, nec honorario jure ad te hereditas ejus pertinet: intelligis nullam te ex ejus pacto, contra quem supplicas, actionem stricto [34] jure habere: utilis [35] autem tibi propter æquitatis rationem dabitur depositi actio. S. 5. Kal. Maji, *Heraclia*, AA. CONS. 293.

De chirographis & instrumentis ad debitum solutum pertinentibus.

9. Iidem AA. & CC. Faustino.

SI ex [36] quocunque contractu apud Præsidem provinciæ jure debitum, cui oportuerat, te reddidisse probaveris: chirographa tua, ex quibus jam nihil [37] peti potest, & instrumenta ad eum contractum pertinentia, tibi naturaliter [38] liberationem consecuto exhiberi ac reddi jubebit. S. 8. Kal. Septemb. CC. CONS. 294.

TIT. XLIII.
DE [39] ALEATORIBUS [40], ET ALEARUM LUSU.

1. Const. argumentum ex βασιλικῶν lib. 60. tit. 8. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

COnstitutio prohibet ludos, exceptis quinque: desinit etiam multum in aleatores, permittens Præfecto Urbi, & Præfectibus provinciarum, & Episcopis ea inquirere & prohibere, & in iis habitos contractus rescindere. Dat & actionem ex quinque concessis ludis, & repetitionem eorum, quæ ex ea causa debentur, & statuit decem librarum multam in eos, qui constitutionem violari permiserint.

Aliud argumentum ex Nomocanone.

1. Imp. [41] JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

VIctum in aleæ lusu, non posse conveniri [42]: & si solverit, habere repetitionem [43], tam ipsum, quam heredes ejus adversus victorem, & ejus heredes, idque perpetuo, & etiam post triginta annos [44]. Quod si vel ipse, vel ejus heredes repetere neglexerint: liceat cuilibet cumque volenti, & præcipue civitatis, in qua id factum est, Primati, vel defensori [45], repetere, & in opera civitatis id expendere. Data autem super aleæ lusu cautio [46] sit irrita, & condici possit.

† Sed & si quis sub specie alearum victus sit lupinis [47], vel aliqua quavis materia, cesset etiam adversus eum omnis exactio. † Data licentia Episcopis hæc inquirendi: debentibus etiam Præsidibus, & primatibus & defensoribus civitatum eos hac in re adjuvare. † Duntaxat autem ludere liceat κοσσάριον [48], liceat item ludere κοττανιστὶ λω [49], κυπτοὺς πύττακα, & item liceat ludere [50] χωρὶς τῆς παρτὶ, id est, ludere vibratione Quintiana [51], absque spiculo, sive aculeo, aut ferro, a quodam Quinto ita nominata hæc lusus specie. Liceat item ludere πεττευτὴν, id est, exerceri lucta [52]: liceat vero etiam exerceri hippice [53], id est, equorum cursu, seu hippodromo, absque dolo & circumventione. Et liceat quidem ditioribus ad singulas commissiones, seu ad singulos congressus, aut vices unum assem, seu numisma, seu solidum deponere & ludere, cæteris autem longe minori pecunia. Quod si plus lusum fuerit, neque repetitio detur, & solutum repetatur. Curent vero ista Præsides, decem librarum pœna imposita, si hanc legem contempserint, vel contemni permiserint.

2. Const. argumentum βασιλικῶν lib. 60. tit. 8. de aleatoribus, Jacobo Cujacio interprete.

COnstitutio prohibet ea, quæ dicuntur ξύλινα ἐπικίνδυνα [1] pericula repetitione proposita in lusores, & publicatione donorum, in quibus hujusmodi lusus peractis sunt. Datur & repetitio ei, qui superatus est, & solvit: quod si nolit repetere, id jubet in opera publica ejus civitatis erogari.

Aliud argumentum ex Nomocanone.

8. Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Α. Ἰωάνν. Ρ. Ρ.

Η Διάταξις κωλύει τὰ παίγνια, ἢ πίττα ὑπεξαιρεμένου, ἀξίζει καὶ τινα ἐπιτιμία κατὰ τῶν κυβευόντων, ἐπιτέτραπται δὲ τῷ ἐπάρχῳ τῆς πόλεως, καὶ τοῖς ἀρχουσι τῶν ἐπαρχιῶν καὶ τοῖς ἐπισκόποις, ὥστε καὶ κωλύειν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς γινόμενα πράγματα ἀκυροῦσθαι· δίδωσι δὲ ἄρχουσι ἐν τῶν ἐπαρχιῶν πάντων, καὶ ἀκύρωτον τὸν ὑπ' αὐτῶν χειρισθέντα, ὅπερ λαβὸν ἑκατὸν μέτρου ἀξίωσιν κατὰ τῶν συγχωρούντων παράνομα τὴν διάταξιν.

Aliud argumentum Latine.

NOn licere ludere bis, qui vocantur equi lignei [2], neque ulla quavis alea specie, exceptis ludis, quos in anteriore constitutione præmisimus. Luca vero, in quibus hujusmodi equis ligneis lusum fuerit, publicentur: & soluta [3] hujus ludi occasione repetantur: vel si repetere nolent, qui perdiderunt, repetitio fiet per Præfectum & Præsides provinciarum: & applicabitur [4] hujusmodi pecunia publicis operibus. Prohibeant etiam cæteras, quæ in hujusmodi ludis fiunt illicita, ut blasphemias [5], & si quæ talia. Bosimon notat de equi lignei significatione incidisse apud imperatorem gravem quandam disputationem, quibusdam asserentibus illum ludum significari, quo pueri extra circum agitando pro equis utuntur hominibus, alii vero contra contendentibus ligneam esse fabricam per scalas ligneas exaltatam, habentem in medio diversa foramina: nam qui hoc genere ludebant, quatuor globulos diversorum colorum superjiciebant ex superiori parte, & qui primus globulorum per foramina ex ultimo foramine egrediebatur, hic victoriam dabat et, qui projecerat. Nunc veterem harum legum translationem a nobis quoad fieri potuit, ex libris manuscriptis emendatam subjicimus. Cont.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Joanni P. P.

ALearum usus antiqua [6] res est [7], & extra [8] operas pugnatorias [concessa,] verum pro tempore abiit in lachrymas, multa millia extraneatum nationum suscipiens. Quidam enim [nec] ludentes, nec ludum scientes, sed numerationes [9] tantum proprias subsistantius perdiderunt, die noctuque ludendo, argento, apparatu lapidum, & auro. Consequenter autem ex hac inordinatione blasphemare [10] [Deum] conantur, & instrumenta conficiunt. Commodis igitur subjectorum prospicientes, hac generali lege decernimus, Ut nulli [11] liceat in publicis, vel privatis domibus vel locis ludere, neque in genere, neque in specie, & si contra factum fuerit, nulla sequatur condemnatio, sed solutum [12] reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab his qui dederint, vel eorum heredibus, aut his negligentibus, a Patre aut Defensoribus illius civitatis: vel recipiat fiscus, non obstante nili quinquaginta [13] annorum præscriptione: Episcopis vero locorum hoc providentibus, & Præsidum auxilio utentibus.

† Deinceps vero ordinet quinque ludos, Monobolon, Contomonobolon, Quintanum contacem sine fibula [14], & perichyren [15], & hippicen [16], quibus sine dolo atque callidis machinationibus ludere permittimus. † Sed nec permittimus etiam in his ludere ultra unum solidum [17], si multum dives sit: ut si quem vinci contigerit, casum gravem non sustineat. Non enim solum bella bene ordinamus, sed [18] & res [sacras] ludicras [19]. Sed iſtam interminantes pœnam transgressoribus, poteſtatem dando epiſcopis [20] hoc inquirendi, & Præsidum auxilio fedandi. † Prohibemus etiam, ne sint equi [seu equestres] lignei [21], & ut si quis ex hac occasione vincatur, hoc ipse recuperet domibus eorum publicatis [22], ubi hæc reperiuntur. † Si autem noluerit recipere is, qui dedit, procurator noster hoc inquirat, & in opus [23] publicum convertat. Similiter & Judices prohibeant, ut a blaſphemiis, & [24] perjuriis, quæ ipſorum inhibitionibus debent comprimi, omnes homines penitus conquiescant.

D. de adl. empt. l. 3. § 5. *ff. de tab. exhib.* 26 Invasor inſtrumentorum criminaliter accuſari poteſt, & civiliter ad exhibendum cogi. 27 Accuſationis. Cujac. 31 Exhibitio rerum commodatarum, aut depoſitarum peti poteſt. 32 *L.* 13. *infr. de obligg. & act.* 33 Depoſitarius, deponenti utiliter pacisci poteſt. adde quæ notavi ad *L.* 5. *in fin. ff. de adl. empt.* 34 Altiùs ex æquo. 35 Utilis actio non ſtricto jure, ſed ex æquo datur. 36 Ad exhibendum agit debitor ſolutis iis quæ debebas: agit, inquam, ad chirographum & inſtrumenta cætera quæ ad contractum pertinent. 7. *Synopſ. Baſil. 6. ex lib.* 15. *tit.* 3. *c.* 28. 37 Naturaliter liberatus inſtrumentum poteſt condicere. vide *l.* 2. 3. *de cond. ex lege*, *l.* 18. *ff. h. t.* 38 Puta ſolutione. *dict. l.* 18. *leg.* 2. 3. *de cond. ex lege.*

39 *L.* 1. *D.* 5. & 7. *Eclog.* 2. 40 *L.* 11. *D.* 5. Legem de alea latam fuiſſe ſtatuit Cicero *Philip.* 2. Alex nomen omnem fortunæ luſum complectitur, non tantum talorum vel teſſerarum ex pyxide, id eſt, ſtrilio vel phimo, quam pyxidem appellari opinor illo verſu *Juvenal.* 13. parvo ſtudio vel pyxide nummos. vide Cujac. *hic.* 41 Interpretatio Latina. 42 Habet enim exceptionem adverſus agentem. *l.* 19. *in fin. ff. de prob. l. ult.* § 1. *ff. quar. rer. act.* 43 Olim in quadruplum, hodie in ſimplum. An autem ſemel? Cujac. putat *hic.* Aleatorum enim nomen infame: unde & teſſerarios ſe appellari malebant. *Amm. Marcell.* 28. ut latrones πορφυρεῖς ſe vocari: Lenticulam alex damnatum quaſi infamem notat Cic. 2. *Philipp.* Differunt autem aleatores a teſſerariis: quantum latrones a latronibus. 44 Vel quinquagintа, ut eſt apud Euſtath. libro de temporibus, *τοῦ κατὰ χρόνους* 5. Anatolius 13. *Nomocan.* 24. 29. Cujac. c. 32. *de diverſ. temp.* 45 Olim ædili. Martialis 4. *epigram.* 88. Ædilem rogat unus aleator: & 14. *Epigr.* 1. Nec timet ædilem moto ſpectare trittiło. & Seneca *c.* 7. *de brevitate vitæ*, loca aſſidem mentia, popinæ, ubi plerunque alea ludituг. 46 Excipe casus infra ſcriptos, & 3. *h. t.* 47 Θεῳείως. Lupini, argentum comicum in vicem pecuniæ vere poſitis ſerviebant victori. 48 Id eſt, tingulari ſaltu. 49 Saltu cono ſuſtulit. 50 Alii legunt, κατ' ἄμφω, vel Catampo, vel Gatabo, quod genus ludi eſt Feſto. 51 Ab inventore ſic dicta. 52 Seu collactatione. 53 Ἱππικὴ, Troja ſive Pyrrhica, curriculum equorum, cui ſimiles ſunt κυνηγέσια, & τοῦρνοι ludi expoſiti a Nicephoro Gregora, *lib.* 19. Porro Troja ſive Pyrrhica ſimulachrum eſt pugnæ equeſtris, quæ πτόλεις & ἐπποκόσια Dioni, idque ex Suetonii libro de luſibus puerorum Servius & Donatus ſcribunt *in* 5. *Æneid.* Sed tranſit etiam uſus Pyrrhicæ in pedeſtres pugnas ſimulachrum, nihilnotis numeris & concentu multos. Marius Plotius libro de Metris. Pyrrhichius pes a Pyrrhica luſus genere nomen accepit, quia hoc ſono milites uſi ſub armis per ludum ciunt ſimulachra pugnæ: ipſa tamen Pyrrhica dicta eſt a Pyrrho Cydoneo, qui primus Cretenſes ſub armis ſaltare ad hujus pedis ſonum inſtituit. Alii a Pyrrho Achilis filio, quem primum in tumulo patris ſui armatum honoris gratia ſaltaviſſe dicunt: Ariſtoteles autem ait Achillem hujus luſus inventorem fuiſſe. Quibusdam placet, ab ardore, id eſt, a velocitate ſic ſonti nomen acceptiſſe hanc pedem: cognatus enim ſenſus ardoris & velocitatis eſt: unde inſtant ardentes Pyrri, id eſt, feſtinantes. Et, ardet abire fuga. Hæc Plotius nondum excuſus apud Cujac. 13. *obſ.* 10. cui in eo quod ſcribit de Pyrrho Cydoneo, conſentit Nicolaus apud Stobæum.

1 Cadit enim iſte luſus magis in aleæ quam virtutis ſpeciem, *de quo* vid. *J. h. t. ibi* Balſamon *notat.* Eſt autem alea vitioſa: hinc Seneca, vel Publius mimus, Aleatur quando in arte eſt melior, tanto eſt nequior. 2 Τὰ πεττία. 3 Solutum ludi veteg occaſione condicitur. *l. ult. J. h. t.* 4 Multæ interdum ſolent applicari publicis operibus. *l. ult. J. h. t.* 5 *l. ult. §.* 1. 2. *de epiſc. aud.* 6 Facit *l.* 16. § 8. *ff. de pœn.* 7 Conſule Alciatum *l.* 1. *præterquam.* Cujac. *l.* 11. *obſerv. c.* 20. Menochium *de arbitr. jud. caſ.* 399 & 400. Rainald. Conſium *l.* 3. *indag. c.* 11. Conſtantium Landum *enarrat. in tit. de juſtit. & jure c.* 6. Jul. Clar. & *ludus.* Benedict. Capram *in regul. conſtit.* 86. Plum *in Annotat. poſteriorib. c.* 12. Aurnelium denique *adverſar. l.* 27. *c.* 33. Mol. 38 Puta ſolutione. 8 Alea militibus olim permiſſa in caſtris, ne torperent otio, *ut hic* ; Acron *ad Horat.* 2. *Carminum* 16. *Permittit ipſorum ægua alea tractus.* Non impune tamen milites etiam in ludo rema amittunt. *arg. l.* 3. § 13. *ff. de re milit.* vid. Forcatul. 20. *Conjed. num.* 7. Erat & permiſſa Decembre menſe & Saturnalibus. 14 *Mart. & ſui interpretes.* 9 Juven. *Sat.* 1. pyxide enim localis commentitius ritus, Ad eatum rabulæ, poſtea ſed laudatur ara. 10 *l. ult.* § 1. 3. *de epiſc. aud.* 11 Etiam clerico, *Nov. Leon.* 87. vid. *J.* 34. 8. 1. 7. *de epiſc. aud* 12 *l.* 1. & 2 3 *h. t.* 13 Alea amiſſi repetitio eſt intra annos quinquaginta: ut ex Anatolio refert Euſtathius libro περὶ χρόνων διεσκήσεως, nec, quæ tollitur tricennio. Epitome quæ extat 3. *Nomocan.* 29. licet Thaleſius ſtipendio tol. li putet, quod in contextu Baſilicon non eſt adjectum. Euſtathius *d. loco.* Hoc tamen non ſervatur in Gallia, teſte Rebuff. *in præcom. conſt. gal. ſ. n.* 56. 14 Ὁ λιὸς χορὸς τῶν παίδων. *Cl.* 5. 3. *h. t.* 15 Collactationem. *d. l.* 1. § 6. *t.* 1709 edit. Trojam. Pyrrhicam *d. leg.* 1. § 6. *t.* 17 *Id eſt*, aureum. 18 Lusu res ordinare vel ipſi Principes non dedignantur. vide Calliodor. 3. *Variar.* 51. *in fin.* 7. *Variar.* 11. 19 Res etiam judicatæ a Magiſtratu cæsatur. 20 Facit *l. ult.* § *de epiſc. aud.* 21 Quid ſint, vid. *l.* 2. 3. *o. t.* 22 Alias pœnas vid. *in l.* 1. *ff. h. t.* 23 *l.* 2. 3 *Novell.* 77. *c.* 1. 24 Adde *tit. Cod. Theod. de ſpectatoribus scenar. l.* 9. *tit.* 17. 25 *L.* 11. *ff.* 7. περὶ μαρτύρων, hi eſt, de monumentis, 59. *Acrg.* 4. 27 Καὶ διαπίπτει τὰ ἔγκλ. *Ecog.*

TIT. XLIV.
DE [25] RELIGIOSIS [26] ET SUMPTIBUS FUNERUM [27].

De Translatione reliquiarum.

1. Imp. ANTONINUS A. Doritæ.

SI vi [28] fluminis reliquiæ filii tui contiguntur, vel alia justa & necessaria causa intervenit: existimatione Rectoris provinciæ transferre [29] eas in alium locum poteris [30]. PP. 8. Kal. Novemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De illatione in locum alienum. De alienatione, & obligatione.

2. Idem A. Hilariano.

INvito, vel ignorante te ab alio illatum corpus in puram [31] possessionem tuam, vel lapidem, locum religiosum facere non potest. Sin [32] autem voluntate tua mortuum aliquis in locum tuum intulerit, religiosus iste efficitur: Quo facto, monumentum neque venire [33], neque obligari a quoquam prohibente juris religione posse, in dubium non venit. PP. Kal. Maji, AQUILINO II. & ANULINO CONSS. 217.

De legato, & sumptu funeris.

3. Imp. ALEXAND. A. Rimo.

LEgatum a defuncto tibi relictum, & [34] quod in funus vel morbum ejus erogasse te boni viri arbitratu probaveris, Præses provinciæ solvi tibi jubebit. PP. 5. Non. Jul. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De dominio, vindicatione, divisione.

4. Idem A. Luciano.

SI sepulchrum *monumenti* [35] appellatione significas, scire debes, jure dominii id nullum vindicare posse: sed si familiare [36] fuit, jus ejus ad omnes heredes pertinere, nec divisione ad unum heredem redigi potuisse. Profana tamen loca, quæ circa [37] id sunt, si semper vicinis ædificiis usui hominum destinatis cesserint, ejus sunt æui illa, quorum partes esse vitæ sunt, ex divisione obtigerunt. PP. 6. Non. Novemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

De voluntate defuncti servanda.

5. Idem A. Cassio militi.

MIlitis voluntatem quam *circa monumentum sibi faciendum* testamento expressit, & pater & mater ejus heredes negligere non debent. Nam etsi delatio hoc nomine præteritis [38] constitutionibus amota est: invidiam tamen & conscientiam circa omissum supremum ejusmodi officium, & contemptum judicium defuncti, evitare non possunt. PP. 8. Kal. Maji, JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

De inscriptionibus monumentorum. De longi temporis præscriptione.

6. Idem A. Primitivo & aliis.

MOnumentorum inscriptiones [39] neque sepulchrorum jura [40], neque dominium loci puri ad libertos transferent [41]. Præscriptio [42] autem longi temporis, si justam causam initio habuit, vobis proficiet. PP. 8. Kal. Jul. JULIANO & CRISPINO CONSS. 225.

De statuis & ornamentis.

7. Imp. GORDIANUS A. Claudio.

STatuas sepulchro superimponere, vel monumento quod [a te] extructum profiteris, *ornamenta* quæ putas, superaddere non prohiberis: cum jure suo eorum, quæ [43] minus prohibita sunt, unicuique facultas libera non denegetur. PP. 3. Kal. Aug. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

De jure familiarium sepulchrorum.

8. Imp. PHILIPPUS A. Juliæ.

JUs familiarium [44] sepulchrorum ad affines, seu proximos cognatos non heredes institutos minime pertinet. PP. 16. Kal. Jul. PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

ibid. adde 3. *Decret.* 28. *de ſepultur. & 3. Sext.* 12. *& 3. Clement.* 7. *& 3. Extrav.* 6. *& 13.* 9. 2. *c. obitcunque* 6. *& ſeq.* adde Paul. 1 *ſent.* 21. *de ſepulcris & funeribus.* De additione funeraria vid. Oldendorp. *claſſ.* 5. *act. ult.* 28 Ob in-prim fluminis, vel metum, corpus jam perpetuæ ſepulturæ traditum, ſolennibus redditis Doctrinalis, per nodem in alium locum transferri poteſt. vid. Paul. 1 *ſent.* 21. § 1. 29 Transferendum autem corpora per noctem. Paul. *d. loco.* efferebantur interdiu: quo referenda eſt Juliani conſtitutio *l.* 5. *Cod. De. de ſepulcris violatis.* Efferri, inquit, cognovimus cadavera mortuorum per carrerarum populi frequentium, & per maximum imſtitutorum declinatus a funere, aut quomodo ad deos & templa veniatur? Itaque quoniam & dolor in exequiis fecretum amat, & diem functis nihil intereſt utrum per noctes an per dies efferantur, liberari convenit populi totius aſpectus, ut dolor eſſe in funeribus, non pompa exequiarum, nec oſtentatio videatur. Hæc Julianus *d. loc.* eadem more, quæ mirer a Theod. in Codicem relata fuiſſe. 30 In hujusmodi translatione re addenda erant ſolennia ferialia. l. Paul. *ſent.* 21. § 1. Gentiles enim pro mortuis ſacrificabant. Anniverſaria quoque eam in rem ſacrificia erant, quæ χοαὶ a Græcis dicebantur, vide Plut. *in Antonio.* 31 Pura poſſeſſio, purus locus, qui neque facer, neque religioſus, ſed profanus. *l.* 4. *J. h. t. l.* 2. 3. *ff. h. t.* 32 *l.* 2. *ff. h. t.* § 9. *Inſt. de rer. divif. l.* 6. § 4. *ff. de divif. rer.* 33 Monumentum vendi aut obligari non poteſt. *l.* 9. *J. h. t.* neque legari. *l.* 14. *J. de legatis.* An idem in re ſacra? v. Ripenſem *ad l.* 6. 7. 8. 9. *ff. de pign. & hypoth. n.* 47. *& ſeq.* 34 Legatum legatum licet petere, & expenſis quas in perſonam feciſt delunctı. *J. l. l.* 2. 3. 5. *ff. h. t.* 35 *l.* 2. 3. 6. *ff. h. t. & l.* 9. *Ecl.* 1. *c.* 2. 36 Vid. *l.* 5. *ff. h. t.* 37 *l.* 4. 3. *h. t. l.* 2. 5. *ff. h. t.* 38 *l.* 5. *J. de lib., quibus ex indulgen.* vid. Paul. 3. *ſent.* 5. § 10. *ubi* vid. Cujac. *& Novell.* 3. *in pr.* 39 *l.* 6. *ff. h. t.* adde *l.* 10. *ff. de probat.* Publice inciſa in æs, vel in marmor, vel in lapides, non protare, ſinem non facere, ex hujusmodi ſcalptionibus jus nulli competere hinc nonnulli cuingunt: quod falſum puto. Agitur enim hic ſpectabiter de monumentorum inſcriptionibus: alias hujusmodi inſcriptiones probationum indaturat. *l.* 10. *D. de prob. l.* 27. *D. de cond. & demonſt. l.* 11. *in fin. D. de fin. regund.* Antiquis in factis ſcripturam privatam bidem facere hinc colligunt. Mynſing. 5. *obſ.* 79. & ſcripturam privatam reperiam, & produci in ex archivo publico fidem facere. *Authent. ad haec. J. de hſt. inſtrum.* adde hic Sotin. *reg.* 178. 40 Decies *conſt.* 146. *cod. de epiſc.* 9. *num.* 14 Scribentes *ad c. cum cauſam, extra. de probat.* Recatulus *in Novomont. jur. de diſp. l. n.* 34. Cravettam *de antiquit. temp. fol.* 72. *n.* 12. Mod. 41 Inſcriptio monumenti a defuncto facta, jus aut dominium ſepulchri eo vivo, qui inſcripſit vel inſcribi juſſit, non transfert, *ut hic*, ſed eo pramoriente: ut ſcu vim habeat ultimæ voluntatis. & ita hunc locum accipit Foncatulus 1. *Diatogo Neyamentis, num.* 34. 42 *l.* 4. *D. de mortuis inferend.* In ſepulchris longa poſſeſſio non proficit ei qui nullum jus habet. Syn. *Baſil.* 59. *tit.* 2. *c.* 4. 43 Prohibita quæ non ſunt, concreta intelligunt. *Inſt. de hſt.* 2. *qui ſunt ſui. adde l.* 4. *J. de ſure fiſcum*, *l.* 27. *J. de teſtam. l.* 25. *in fin. D. ad municip.* 44 *l.* 5. *l.* 6. *ver. ſi*